

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Simonia g  
cum fontibus proximo et primo

Sicut episcopum non decet manum quam imponit uendere,  
ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius  
uocem uel calatum uenundare.

Gregorius in registro.

*Item Gregorius in Registro.*  
Sicut episcopum non decet manum, quam inponit, uendere,  
ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius  
uocem suam uel calatum uenundare.

Gratianus, *Decretum*, 2.1.2.4 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.409).

Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit,  
evangelicam vero lectionem minister legit,  
confirmationis autem ejus epistolam notarius scribit,  
sicut pontificem non decet manum quam imponit vendere,  
ita minister vel notarius non debet in ordinatione ejus  
vocem suam vel calatum venundare.

Gregorius Magnus, *Decreta*, 5 (PL 77, col.1336C-1337A).